

BSB-Ink L-200 - GW M18597**Locher, Jakob / Bergmann, Johann / Brant, Sebastian****Carmen de sancta Catharina mit Widmungsbrief des Autors an Christoph von Schrofenstein. Mit Gedicht an den Leser von Johann Bergmann und auf Locher von Sebastian Brant. Holzschnitt von Albrecht Dürer (?)****[Basel] 1496****4 Inc.c.a. 1312 m**

Copyright

Das Copyright für alle Webdokumente, insbesondere für Bilder, liegt bei der Bayerischen Staatsbibliothek. Eine Folgeverwertung von Webdokumenten ist nur mit Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek bzw. des Autors möglich. Externe Links auf die Angebote sind ausdrücklich erwünscht. Eine unautorisierte Übernahme ganzer Seiten oder ganzer Beiträge oder Beitragsteile ist dagegen nicht zulässig. Für nicht-kommerzielle Ausbildungszwecke können einzelne Materialien kopiert werden, solange eindeutig die Urheberschaft der Autoren bzw. der Bayerischen Staatsbibliothek kenntlich gemacht wird.

Eine Verwertung von urheberrechtlich geschützten Beiträgen und Abbildungen der auf den Servern der Bayerischen Staatsbibliothek befindlichen Daten, insbesondere durch Vervielfältigung oder Verbreitung, ist ohne vorherige schriftliche Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig und strafbar, soweit sich aus dem Urheberrechtsgesetz nichts anderes ergibt. Insbesondere ist eine Einspeicherung oder Verarbeitung in Datensystemen ohne Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig.

The Bayerische Staatsbibliothek (BSB) owns the copyright for all web documents, in particular for all images. Any further use of the web documents is subject to the approval of the Bayerische Staatsbibliothek and/or the author. External links to the offer of the BSB are expressly welcome. However, it is illegal to copy whole pages or complete articles or parts of articles without prior authorisation. Some individual materials may be copied for non-commercial educational purposes, provided that the authorship of the author(s) or of the Bayerische Staatsbibliothek is indicated unambiguously.

Unless provided otherwise by the copyright law, it is illegal and may be prosecuted as a punishable offence to use copyrighted articles and representations of the data stored on the servers of the Bayerische Staatsbibliothek, in particular by copying or disseminating them, without the prior written approval of the Bayerische Staatsbibliothek. It is in particular illegal to store or process any data in data systems without the approval of the Bayerische Staatsbibliothek.

J n c. 4^o
c. a.
1312^{m.}

Bayer. Staats-
Bibliothek
München

4000 ca

1912

Guthrie

Conn #104

00051720
Jan. 1912 m. Gr.

Ad lectorem epigrāma^{188.} de diua Katherīna.

Costidis insignes laudes hic candide lector
Perlege : vīctoris et monumēta Iouīs .
Perlege Maxentī sacrorū deinde prophanos
Ritus : & gentis dedecus atq; nephas
Parua legis / veneranda tamē / doctisq; probata :
Proderit & multis hoc pietatis opus.



Cæsare deuicto nacta es Katherīna triumphū :
Laureolam martyr : doctaq; virgo geris.
Iure ideo ornata es trīplici sacra virgo corona.
Teq; ego dum vita est Bergmanus Olpe colā.

E.I. .B.

00051720
Epistola Iacobi Locher philomusi Ad clarissi-
mū viꝝ Christofeꝝ de Schrouenstein : Augu-
steñ: Br̄ixineñ & Tredētineñ ecclesiaꝝ Canoní-
cum: doctorē & Oratorē Regiū p̄stantissimū .

Nisi tua splendidissima virtutū comitas iā-
dudū mihi p̄specta foret: istanc pr̄cocis
ingenii fœturā sub noīs tuī titulo minime
publicassem: Sed cū sis ea bonitate naturę p̄ditus
vt nihil ad te p̄gat: quod nō equis auribus exaudi-
atur: & liberiori fronte suscipiaſ: nō multū dubita-
ui: an ad manus tuas candidas terſaq: tam pueri-
les lucubrations p̄ferrem: Anteq̄ tamē nudī uer-
ſiculī ex historię fragmētis cōgesti: in lucem prodi-
rent frontem vbiq̄ p̄fricuī: & carmen tenerum ad-
hortatus sum: vt se diutius intra scrinia: cratesq̄
carthaceas cōtineret. Fīt enī plerūq; quo eruditissi-
morū scriptorū editiones iniqui alicui⁹ iudicis cēsu-
ram incurvant. istanc quorūdam mortalīū maledi-
cēdi p̄citatē nīſi veritus fuīſsem: te citius nīſi inge-
niū fructibus: haud illepīdis etiam litteraꝝ delitiis
satiassem: sed tu tota occurris vía: & alacriores eti-
am faces submoues ingenio. Tanta eīm tuorū mo-
rū p̄bitas est: tantus integratatis candor: tanta fi-
dei dexteritas: Tanta etiā omniū rerū ciuiliū diu-
narūq; cognitio: vt mímina ſaltem virtutum tuarū
fauilla: facūdo cuiq; locupletissimā ſcribendi ſyluā
pr̄beat: O magnā animi tui fœcūditatē: O fælicif-
simos prudētię tuę ſecessus: O cœfarem maximilia-
nū Augustissimū fortunatissimūq;: qui te ſuoꝝ cō-
ſiliorū cōſortem elegit: A primis eīm temporibus:

in quibus sacratissimū Romanę Monarchię consi-
 liū ingressus es : regi nostro glorioſiſſimo tantum
 placuisti : vt te euestigio ad prudentiſſimū Vene-
 tiarū ſenatū : legatū ac oratorem mitteret. Rex tua
 cōfisus prudētia singulariꝝ facūdīa : tibi rē grandē
 ac Imperatoriam credere nō dubitauit. Ille glorię
 tuę orbicularis globus ita me ſtimulat : vt dies no-
 ctesq; cogitem : quid primum incipiam : quod vītę
 tuę inclytissimā ſeriem glorioſe cōcinnat. Excēdūt
 tamē tua preconia īgeniū nostri vīres debiles : rur-
 ſus me balbutientem eloquētē : me timidū audacē
 & me iā mutū reddunt argutissimū ! Cōſulte a me
 factū arbitraris : q; minutulis quibusdā ſcriptioni-
 bus te ſalutauī. Parēt hmoī parua grauiorib⁹ aditū
 quę deinceps ī noīs tuī gloriā cū diligētiori casti-
 gatione cudam . parua ſunt iſtēc tamē propter no-
 uitatis affectū ac vetuſtatis auctoritatēm fastidiē-
 da non veniūt. Quippe agricolę religiosi diīs lacte
 ſupplicant . & mola tantū ſalsa litant : vt ait plini-
 us : qui nō habent thura. Ita mihi cōtigit : vt nō eru-
 bescerē : tibi leuioris operę versiculos dedicare : Nā
 dum iſtas laborum primitias muſſito : grauioris ac
 politioris induſtrię cogitatio accedit : animus me-
 us inquies est : gliscitq; ſemper quippiam emūctius
 decoctiusq; cōdere : quod ſcriptori ſuo imortalita-
 tē pareret. Accipe igitur Christofere clarissime : no-
 ſtre ſeruitutis ac beniuolētię dedicatū caput : quod
 velim ab obtrectatione violatoꝝ vbiq; tutū facias.
 Iſti enī verę laudis expertes : nil niſi calūnias que-
 runt. Vale.

Hexastichon.

Si tua p̄esentis vite p̄econia vellem
Ludere: virtutes & memorare tuas:
Esset opus phœbi diuas vocitare sorores
Que lepidum nectar ad mea verba darent.
Sed nunc queso rudis mediocria dona minerue
Perlege: nec renuas hoc puerile decus.

Vale

Exordiū ad diuā Katherinam

Ad laudes Katherina tuas niueosq̄ triumphos
Si modo sufficeret lingua diserta parū
Cantarem veneranda tui monumēta pudoris:
Terrificamq̄ rotam quā supasse iuuat.
Sed vereor ne me iuueneñ quis dīcat ineptū:
Virtutes celebres qui memorare velim.
Si doctas: fateor: traherē ex H elicone camœnas
Afflaretq̄ meas enthea musa fides:
Non tamē ad laudes & p̄emīa parta laboris
Iam satis emeriti carmina nostra forent.
Si velis heroo laudari carmine: grandem
Expete Vīgiliū / M̄oniūq̄ senem:
Vix tamē illorū facūdē gloria lingue
Res gestas poterit magnificare tuas.
Siue cupis lyricis modulis plectroq̄ canoro
Cantari: vates expete pyndaricos!
Vix tamē hī possunt ex omni parte diserti/
Promere militie fulgida signa tuę.
Eloquiū quodcūq̄ tuo superabis honore/
Et cedet meritis bacchica turba tuis.

Parce tamē recolo q̄ iam tua gesta mīnūtis

Versibus: angelicis plus resonāda modis.

Non nemus Aonium: non delphica līmīna pulso

Vt capiā ex adytis verba diserta sacrīs

Ingenii vīres mihi das Katherīna scatentes:

Das etiam eloquio blanda fluentia meo:

Tu mihi numē eris: p̄ te sapientia luxit

Perpes: olympigenē dexteritasq; Iouīs

Omne sophos quondā claris quod fulsit Athenīs

Emicuit p̄ te: signaq; magna dedit.

Suscipe quos tibi nunc hymnos Katherīna sacraui

Et seruitoris vota benigna tuī.

CHeroīcū carmen de sancta Katherīna ex frag
mentis historię Iacobilocher Philomusī.

Costidis exordiar diuq; que prelia gessit

Contra fasidicas gentes fictūq; tonātem

Sed tu musa refer nunc ex helicone sacratos

Eloquii fontes & veros carminis orsus.

Vt mea Christīgenam possint laudare puellā

Carmina: de superis & querāt prēmia facti

Dum coleret simulacra deū memphytica tellus

Atq; asie regnū & torpentis limina plaustrī

Nascit a Costo virgo Katherīna pudicis

Moribus: & multum nitida virtute micabat.

Hec teneris animū sacrīs formabat ab annis

Preceptis: sacras & se voguebat ad aras.

Sola deū verū diuināq; iura colebat.

Nil faciens statuas pictas / fulmēq; trisulcū:

Et spernens equidem vanis altaria sacrīs.

Mox Iouīs idēi rumor puenit ad aras

Quod Katherina suas passim confunderet ara.
Aduocat ignipotēs posito modo fulmīe pauper
Iupiter ethereas turbas & numine cœli
Et simul aduectos augusto suscipit antro.
Atq; sub exesa scabri testudine saxi
Consedere omnes: demissus lumina dirus
Iupiter exalta fatur sua verba cathedra.
Celicole toto qui iam regnastis in orbe
Et quorum imperiū plagas penetrauit ad omnes.
Africa nos coluit: crudorum terra Getarum
Atq; asie gentes nobis delubra sacrarunt.
Nec locus est vacuus sacrī cultuq; decoro:
Sed iam nos merito pfidia tristis honore
Exuit inueteres ausa & prumpere leges.
Nec satis est nostros sacro & frangere ritus:
Ah nūc a christi famulis cōtemnīmūr omnes:
Falsidicos nos esse deos impune pfantur.
O vos consortes: ergo hec indigna feremus?
Nec totiens lēsi semel vlciscemur? inertes?
Sic sumus: & diuos nemo nos credit olympi.
Nos periisse putant mortales: nosq; coruscū
Nunc celū fugisse simul: lucemq; serenam.
Attamen hoc tempus veniet cū fulmine dīro
Christicolas toto mundo regniscq; fugatos
Percutiam: properate dies: velociter anni
Curtite: ferte cito maumethia tempora cursu.
Interea christi famulos nudosq; clientes
Supplitiis grauibus dīro quoq; crīmīne pœnē
Afficiam: & venient stygiis de fontibus omnes
Eumenides: cinctq; furiis nigrisq; colubris

Crines: & gestent funestas vertice flāmas
Omnia subuertent christi monumēta: nec vllus
Esse locus poterit: quē nō mea crīmina lēdant.
Attamē est cunctis contra nos sequior vna
Iam katherīna suę fidei quę congerit astus:
Vt superare queat ritu simulacra pphano.
Que nobis statuere pie p compita gentes.
Hanc tentare iuuat furiis & tristibus iris:
Vt sinat antiquo mea numina iure manere:
Cesset & ethereos sacroꝝ tollere cultus.
Hec nos subsannat: vultuꝝ elata superbo
Non Venerē: nō Junonē: non Pallada: non me:
Non Bromiū patrem: Phēbū: castāꝝ Dianam
Non Cererem flauā: nō Thetyda: nō mō Claudū
Vulcanū: nō esse deū nūc credit Osyrīm
Tanta est impietas nullo ptecta pudore:
Iupiter hęc fatus: cœli fremuere cohortes
Exiliūt irę: furiaꝝ incendia flagrant.
Mox iubet acciri cōmotus Iupiter ad se
Persephonē: īfernī rectrix quę p̄sidet vndīs:
Mittitur extemplo sumptis Cyllenius alis
Ad stygias dīmissus aquas: toruiꝝ Charontis
Stagna vbi pallentes ad ripas transuehit umbras
Persephona properat vastis amicta colubris:
Ad Iouis idęi sedes soliūꝝ coruscum.
Sic igitur verbis conceptis Iupiter inquit
Nata o chara mihi fratrīs proserpina coniunx
Si te nūc pietas: miseri si cura parentis
Si te noster honos: si clarus fulgor olympi
Sollicitat: cīta tartarea contende sub umbras

Pluto nēq; roges generū frateq; benigne
De tribus vt nobis vnam p̄mittat herynnem.
Que valeat nocuo mundū miscere veneno
Siue sit alec̄to tristis: seu torua megera:
Tesiphone nostrū seu iam mittatur in orbem.
Quelibet inde placet liuentibus eruta campis.
Accipit imperiū patris plutonia coniūx:
Et iubet ut furias sibi prestet tartarus omnes.
Mittitur alec̄to vt crudeles c̄esaris aures
Perflet: & extinctas diuū cōmuniat aras.
Christigenasq; truci tormento & crīmine vexet;
Hos stimulos furię cepit maxentius atrę.
In christiq; ruit famulos / fidosq; clientes:
Et iubet vt libię tellus / lageaq; regna:
Nunc simulacra colant diuū veneren̄ adorēt.
Ast inter cunct os christi qui iura colebant
Costida mordebat facibus Maxentius atris:
Atq; ait: o vírgo regalí st̄emate nata
Quid turbas simulacra deū? quid sacra tonātis
Quid ve deos laceras totus quos orbis adorat?
Quid spernis Katherina palam mēphytica sistra?
Iupiter in cēlo regnat: vibratq; trisulcū
Fulmen: & aereas certo discrīmīne nubes
Disiic̄it: obstab̄it nec tantis viribus ullus.
Ceruleas neptunus aquas terrasq; gubernat:
Pluto regit fusco liuentia tartara sceptro.
Tu tamen ignoti celebras p̄conia christi
Tarpeiūq; louem non digno murmure taxas.
Tu nisi gentiles aras & sacra tonantis
Iam colere incipias: gracilis nō perfugit artus.

Torturā mēstam sufferre & dira cathe[n]ç
Vincula: quę cogant gentis te sacra fateri.

Respondet Katherina

Desine Maxenti christos offendere tanta
Impietate potens: scelus est hoc pessime rector
Romanī imperii: sanctos lacerare per orbem
Quos deus elegit: fidei quos robore sanxit
Erras maxenti: celebras qui sacra pphana
Et statuas diuū saxis & marmore sculptas.
Thuriferis aris vanoꝝ extollis honore
Est deus eternus cuius sine fine potestas
Eminet: & rerum nullo dependet ab eo.
Iupiter ingenitus medius primusqꝝ creator.
Hunc tamen hic telis Maxenti conficis atris
Atqꝝ decus christi vexas impune p orbem:
Et stygiis vmbbris furiaqꝝ agitatus iniqua
Aeterni monumēta dei peruertis & odis.
Tu ne putas statuam/saxum qꝝ inmobile/posse
Mortales sanare probris p compita sacriss:
Vana supersticio te torquet: vanaqꝝ mudi
Gloria te cęcum facit: atqꝝ ad cūcta procacem.
Crime ne tibi sit quisqꝝ crudelior alter
Audi nec pudeat te meras vertere nugas
Quid colis o princeps paruis simulachra deorū
Ritibus: & sacriss ornas delubra porphanis:
Quid fecere dei ppter quod munere tanto
Sunt digni: & viuos hominū mereant̄ honoris:
Propter adulteria: & mores nunc forte nocentes
Hos cupis esse deos: quorū p secula multa.
Crimina testant̄ nihil hęc simulacra fuisse

Carpe pudicitie signū: viteq; nītorem
Quid fuit in vestris diuis nīsi vana libido?
Extitit imberbis clymenes corruptor apollo.
Iupiter Europam cupido compressit amore
Anchises Venerem pressit simoentis ad vndas:
Et maris inmensi precursor phorcida amauit.
Hos igitur corrūpe deos: quibus annua princeps
Sacra paras: stabili nō sunt munimine fulti.
Nulla salus illis & gloria nulla perennis.
Ad cultus christi mentē cōuerte minacem.
Disceq; nō plures diuos nūc esse colendos
Vnus adest: nostris qui recte consulit actis.
Vnus adest nītidi sedes qui prestat olympi.
Adq; beatorū turbas nos ducit: & almo
Nectare deuotas animas & numine pascit.
Ergo me nullę possūt auertere clades.
Non rota: nō gladius: christi a pietate fideq;.
Ex hoc procedit virtus / mens / vita / salusq;.
In virtute labor magnus: discrimina multa
Concurrūt: operis merces sed clara resurgit
Et venit ex sudore quies: mōrore voluptas:
Quę facit accepta nos tunc gaudere quiete.
Ad verum cuncti fontem patremq; recurrāt
Christigenę: ppter quem sęua pericla subiui
Pro meritis celum dedit & mihi regna serena

Finis.

Peroratio Elegiaca:
Odecus etherei magnum Katherina tonantis:
Supplicis exaudi vota benigna gregis

Te genuit Costus lageo sanguine cretus
 Imbuit & vite tempora prima tuę.
Non te diuitię molles: regale ve stemma
 Delitiis potuit contaminare malis.
Fallidicosq; deos diuino numine septa
 Spreuisti: pariter noxia sacra deum.
Demonis ad cultū non te Maxentius atrox
 Compulit: haud licet or i m p i e t a t e p o t e n s
Non rota: nō gladius: non sequi flamma tiranni
 Falsiuera potuit te superare fide.
Non sitis: atra fames. non diri carceris horror.
 Non oratorum lingua diserta quoq;
**S
 Seruabatq; animi vota pudica tui:
Dum coleret sistro vanū memphytis osyrim
 Et sacer in templis cercopitecus erat.
Et crocodylorū coleret portenta canopus
 Ibidas anguiphagas semideoq; canes.
Tu venerata deum: qui dat superare tiranos
 Quemq; pauent fuscī tartara vasta Iouis.
Egressus animi dulces reditusq; salubres
 Ille dat: & nitidī regna serena poli.
Per numen Katherina tuū sacrūq; pcamur
 Atq; triūphatē fulgida tela rote:
Per niueę lactis riuos / albumq; cruorem
 Perq; pudicitię candida signa tuę
Da nobis textam pura de mente coronam
 Quā paradysi aci fert bona turba chorū.
Da nobis sophiam: da sanctę dogmata legis.
 Da sensus castos ingeniumq; piū:**


00051720
Vt tua perpetuis hymnis celebrare queamus
Gesta: quibus scimus te meruisse polum.
Te schola: tecum senex: iuuenis: te virgo: puella:
Te quicunque sapit o Katherina colit.
Tu studii nostri doctos defende patronos
Qui cupiunt laudes glorificare tuas.
Finis.

In katherinianū carmē Iacobi Philomusi
Elegidion. S. Brant.
Insigni exaras katherinæ carmine laudes.
Illiū & vitam docte Iacobe canis.
Sacroruū irrīdes fuerat qui gentibus olim
Ritus: & Ararum vana mīnisteria.
Hinc Philomuse facis/musas numerarier inter
Vīrginīs illius plectra: sacramq; chelim.
Te duce Mnemosyne mirabit optima mater:
Hanc decimā genitam se sine pieridem.

C 1496

Nihil sine causa.
T. B.







nus
m.
uella:

s

musi

nter

ter:

•

100

100

100